S. Reverende Domine Abba, accepi Reverentiae
tuae literas, summa modestia scriptas,
pro qua magnificentia tua in nos beneficia,
ita extenuas, ut vitaveris pene beneficiorum
fuisse, cum interim beneficentia tua semper
nos ad summum oppleverit. Ex uxoris
tuae literis percepi, defectum librorum eorum
modo repertum esse: alioquin eum sub-
inde ad vos misissem. Nova hic passim
sparguntur, et ea tamen, quae vobis
alias sunt notissima. Mihi utique
tristissima nova pene spem et expe-
ctationem ademerunt. Amisi enim ante
12. dies dulcissimam meam uxorem,
quam infaustus partus una cum foetu
absumsit. Quare nunc ingentem et
miserabilem iacturam, assiduis fletibus
ad mortem usque deploro. Et nisi Deus
me dolentem pro sua gratia subleva-
verit, ipse brevi sequar meae
coniugis Dominae vestigia, istaque mea-
e miseriae solabor. Valeat Reveren-
tia tua, et pro me oret, ne in
tanta afflictione succumbam. Lipsiae.
Anno 1552. Die Aprilis 28.

Eras. Sarcerius.

C 107 f.
20./ n. 2.